in Capitaneatu Bydgostien. iacen. necnon fundum quatuor laneorum in eadem villa in ius Feudi per Serenissimos antecessores nostros concessum cum tabernis si quae in eisdem bonis utrisque sitae sunt in eo esse statu, ut ea omnia ad disposition. nram pertineant, conser. tien. duximus Generoso Paulo Scherbicz Decretorum nostrorum Notario consentimusque per praesen. ut eadem bona de manibus quorumcunque modernorum possessorum Advocatiam quidem et tabernas redimere feudalia vero bona iure petere valeat. Quod posteaquam fecerit nos eadem bona tam scilicet Advocatiam profatam quam quatuor laneos feudales praedictos una cum tabernis ibidem existen. cum omnibus ad eam pertinen. fructis et commodis eidem Paulo Scerbicz in usum advitalem iam exnunc conferimus. Promittimusque verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris quod eundem Paulum Scherbicz in usu eorundem bonorum donec vixerit conservabimus et Serenissimi Successores nostri conservabunt neque ullo praetextu eadem possessione eorum bonorum privabimus, neque Serenissimi Successores nostri privabunt. Post ipsius vero decessum, non prius ea bona utraque ad nos et Serenissimos Successores nostros redibunt quam successoribus ipsius summam quam ille eadem redemptionis est persoluta ac reposita fuerit In cuius rei fidem etc.

Alius consensus

Sigismundus etc. Significamus etc.

Consensisse nos consentireque per praesentes Generoso Paulo Scherbicz Decretorum nostrorum Notario ut possit et valeat summas quascunque illi in Advocatijs nostris, altera in villa nostra Meka ad Capitaneatum Sirадien. pertinen., altera in villa nostra Bygnowo ad Capitaneatum Raven. spectan. Nobili Zophiae Scherbiclowna filiae suae legitimae coram quibuscunque actis authenticis Regni etiam civilibus inscribere totoque iure suo super easdem Summas sibi servien. eidem Zophiae cedere. Quae inscriptio et cessio posteaquam sic ut praemissum est facta fuerit nos eam non secus ratam gratamque habituri sumus ac si coram nobis ipsis praecedenti consensu nostro facta esset, decernimusque iam exnunc eandem cessionem posteaquam facta fuerit vim et robur perpetuum habere et obtinere debere In cuius etc.

Commissio

Sigismundus etc.

Generosis etc. etc. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam